



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Orthographiae || Ratio

Manuzio, Aldo

Venetiis, 1566

Praestanti. Viro Ivris. Vtrivsque. Singulari cognitione ornato Francisco.
Morando Aldus Manutius Paulli F S. P. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13350

PRAESTANTI. VIRO

IURIS. VTRIVSQUE. SIN

gulari cognitione ornato

FRANCISCO. MORANDO

Aldus Manutius Pauli F

S. P. D

VMQVAM eorum institu-

Ntum probavi, qui eo animo se

ad litteras conferunt, ut, prae

ter suam utilitatem, nihil cu-

rent. quo enim pluribus communica-

tur, eo nobilior est Virtus. Accedit il-

lud, quod fama nominis nostri & pro-

pagatur scriptis, & perpetuo custodi-

tur: qui est uberrimus, ac praestantissi-

mus litterarum fructus. quamobrem

eo semper cogitationes meae specta-

runt, ut ea praestare possem, quae stu-

diosis omnibus utilitatem aliquam af-

ferrent, meumq. nomen posteris etiam

proderent. in quo Aui mei, Parentisq

uestigia cum sequar; si me dignum utro-

que

A 2 que

que non praebuero; imbecillitas ingenij mei culpam sustineat; uoluntas quidem reprehendenda non uidetur. Quae uero praestare mihi licet, ea omni meo studio, diligentiaque, & curauit antea & curabo donec uiuam. quod quidem aetatis meae est, ut recte, & emendate scribendi scientiam, quam uocant Orthographiam, consequerem, in hoc elaborauit diligenter: quaeq. aliquot mensium studio collegerim, numquam edere ausus essem, nisi tua me singularis auctoritas, FRANCISCE. MORANDE, uir omni laude praestans, in hanc mentem impulisset. cur enim tibi non obtemperarem, cuius & subtile iudicium, & eximiam doctrinam quotidie Pater meus in ore habet? qui nos ita diligit, ut de nostris ornamentis, atque commodis, nemo laboret magis? quem omnes boni, ac eruditi uiri, semel allocuti, ob ingenium, probitatem, comitatem, tanti faciunt, ut amicitiae tuae nihil anteponant? Quae cum accurate
cum

cum animo meo considerarem, putavi
faciendum, ut haec nostra, quaecum-
que sint, tuo nomini inscripta emitte-
rem; quod esset, primum, studij in te
mei perspicuum argumentum apud om-
nes; deinde, firmissimum aduersus
eos praesidium, qui, alienae laudis
inimici, libentius improbant, quae
excusari tamen aliqua ratione possunt
quam laudant, si quid laude dignum
est. Ego, dum tibi, tuique similibus, non
displiceam, quid reliqui sentiant, pa-
rum laboro. nam, ut omnibus eadem
probenitur, fieri uix posse arbitror. In
hoc libello consuetudinem Antiquo-
rum indicaui, ut eos, in scribendo, li-
ceat imitari. usus sum lapidum, num-
morum, ueterumque librorum testimo-
nio. etymologiae rationem ostendi: ne
que Graecam scripturam neglexi, quae
interdum obscuram ueritatem illu-
strat. Quae studiosis non inutilia fortas-
se, tibi quidem, pro tua, in me, Patremque
meum, beneuolentia, cui parem esse no-

stram uelim credas, iucundissima fore
non dubito. Atque hac spe excitabor
ad ea, quae praestantiora sunt: quae si
consequar, affirmo tibi, nihil antiquius
me esse habiturum, quam ut ad tuam
laudem omnia mea studia, omnem cu-
ram, industriamque, conferam. Inte-
rim, ne meum animum ex hoc tenui
münusculo, sed, ex animo rem ipsam
ut spectes, etiam atque etiam rogo
Venetijs, M D LXI. Kal. Ian.

disputat. quid sit. quid sit. quid sit.
in labore. nam. in omni. in omni.
procedat. huius. huius. huius.
hoc libello. contra. contra. contra.
in indicat. in eos. in eos. in eos.
est. est. est. est. est. est. est. est.
omni. omni. omni. omni. omni. omni.
hoc. hoc. hoc. hoc. hoc. hoc. hoc. hoc.
que. que. que. que. que. que. que. que.
in. in. in. in. in. in. in. in.
sua. sua. sua. sua. sua. sua. sua. sua.
te. te. te. te. te. te. te. te.
meum. meum. meum. meum. meum. meum.
nam.